... unum et helye

... hic tua tribue

... num. Evovae.

Os ...

... ut comedam et benedicat tibi anima

mea V. Cumque venatu aliquid

attulisset fac michi inde pulmentum

ut comedam ... Et benedicat. lectio II

Iam tempus pariendi venerat et

ecce gemini in utero eius eius reperti

sunt. Qui prius egressus est rufus

erat et totus in morem pellis hyspidus.

vocatumque est nomen eius esau. Protinus

alter egrediens plantam fratris tenebat

manu, et idcirco appellavit eum iacob. Se-

xagenarius erat ysaac. quando nati ...

Hier die letzten 3 Drucke =

(= 44) 1) Sacrobusto, Johannes de

Sphaericum opusculum.

[Leipzig: Drucker des Capotius, 1485-1487]

Hain: * 14 115

BMC. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Mafferus (nicht: Vitruvius!)

De veritate et philalethe

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Vor 1494 ?

Hain * 15929, BMC III S. 632

3. Tibullus Albius:

Elegia de amore et laudibus Messalae

(= 46) Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach 1487

BMC III, S. 623

Ec. 8

# IN NVPTIAS VIRTVTE ET DOCTRINA ORNATISSIMI IVVENIS DN. IOHANNIS KISVVETTERI SCHOLAE SERVEſtanæ hypodidaſcali, V. Cl. Dn. M. Balthaſaris, illuſtris gymnaſij profeſſoris, F. Sponſi.

&

# HONESTISSIMÆ, PVDICISSIMÆQVE VIRGINIS CHRISTINÆ, viri Serveſtæ Senatorij Dn. Blaſij Hannels F. Sponſæ.

Carmina ſcripta á ſanguine junctis & amicis.

SERVESTÆ.

Excudebat Bonauentura Faber.

28

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495877-p0003-1

*ESſe quid hoc dicam, tædis & honore jugali*
*Æmulus eſſe mihi, frater germane, quòd auſis?*
*Inuidiſſe putem tibi me? non cenſeo: verum*
*Ne vacui ſolus torpeſcas frigore lecti*
*Frater in exemplum, fratris contendis, & unam*
*Eligis è multis forma præſtante puellam*
*Cum qua legitimè ſub nocte caleſcere poßis.*
*Viuite, & egregiam, generando educite prolem,*
*Quæ genus in longum producat viuida tempus,*
*Et maneat conſtans in relligione parentum.*

Balthaſar Kiſeuuetter
I. V. L. & P. P. Fr.

---

Ευφημισμὸς γαμικὸς,

*IN KISWETTERORUM FFR. NUPTIAS, die XV. & XXII. Nov. A. C. M. D. XCVI. unius ſeptimanæ intervallo ſe inſecutas.*

CLarent alterna Pollux cum Caſtore morte:
Kiſuuetteri ſed nuptijs
Alternis fratres clarent; tædiſq; peractis
Balthaſſari Ianus velut

 Succur-

Succurrit reuocans tepida in præcordia vires,
Simili ac toro ſe confouet:
Non alternandas tamen ( abſint omina mortis
Citæ, )precabor nuptias.
Malim æternandas, dum ſeris Chriſtus ab annis
Vos inter aſtra colligat,
Alterna haud vbi, ſed mage perpete luce coruſcus
Sis Iane tuq; Balthaſar:
Permutatq; ſuam ut Pollux cum caſtore vitam,
Et, vivat ut frater, cadit,
Sic, ſponte occumbens clauſit quia lumina Chriſtus,
Vivas uterq; lucidus.

*Caſparus Viricus M.*

---

AD

IOHANNEM KIESVVETTERVM IVVENEM DOCTRINA ET VIRTVTE PRAEDItum, ſcholæ Serueſtanæ hypodidaſcalum, collegam & amicum Sponſum, &c.

*Menander. Stob. ſer. 98.*

Δύ' ἐσθ' ἃ κρίνειν τὸν γαμεῖν μέλλοντα δεῖ,
ἤτοι προσηνῆ ὄψιν, ἢ χρηστὸν τρόπον.
τὴν ὁμόνοιαν γὰρ τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.

*IN nuptijs ſpectare res jubet duas,*
*Amabilem ſpeciem oris, aut mores probos,*
*Vetus Poeta dicta nec carent fide:*
*Concordiam quod nutriant hæc mutuam,*
*Maritus etenim coniugis prædiuitis,*
*Sed fœdæ, ut uſq; ſuaviterq;, & opiparè*

*Veſcatur*

*Veſcatur: uſq; inſuaviter dormit tamen.*
*Et dote vendit imperi decus ſui.*
*Exiſtimationis autem cuî malæ*
*Puella nubit, hic miſerrimus eſt domi,*
*Foriſq; ludus eſt fori, tonſoribus,*
*Jocuſq; lippis, inſtitorum fabula.*
*Feliciore ô te creatum ſidere,*
*O Jane, cuî ſors obtulit faventior*
*Unâ in puellâ utrumq; coniunctim bonum.*
*CHriſtina nam tua eſt reapſe moribus*
*CHriſtina: formâ eſt, eſſet indignum pigro*
*Quam deperire ſitu, nec apti amoribus*
*Deſunt ei anni, & luſibus. Jgitur hanc tibi,*
*Animitus, uxorem obtigiſſe, gratulator,*
*Aliam meretur nec fides tua, probitas,*
*Boniſq; quod ſtudium dicâſti literis,*
*Quibus utilis nunc eſſe Patriæ incipis,*
*Quæ jure fructum repetit illarum ſibi.*
*Parens nec ipſe tuus, cûi multum ſapit*
*Pectus, aliam optârit nurum dari ſibi,*
*Nec Blaſius vir optimus, nec ultima*
*Portio ſenatus generum habere alium velit.*
*O coniugum par congruum, Beatitas*
*Beet quod ipſa, ſaluſq; ſervet jugiter.*

Iohannes Theopoldus.

---

## In eaſdem nuptias.

*DVM Kisuuetterum licitis Handelia torret*
*Jgnibus, illius dum calet hæc facculis:*
*Quisquis ades, lingua ac animo faveatis utriq;,*
*Nec grave ſit tali voce vocare Deum:*

*O ſic cum caro, Genitor dulciſsime, Nato,*
*O ſic Dia velis flammis aura ſacri:*
*Vt, lecto intulerint prima quos nocte calores,*
*Hos foveant ſerum mortis ad uſq; diem.*

Eodem Auctore.

---

POndus ineſt votis, votis Deus ipſe rogantum
Pronus adeſt, juſſas provehit atq; preces.
Ergò quid pia vota tibi, CHRISTINA, negamus?
Differimus ſegnes quid tibi, IANE, preces?
Sponſe tibi, juvenes qui fulges inter amantes,
Quali sab Eöis Phoſphorus exit aquis.
Sponſa tibi, pariles quæ antè is ſplendore puellas,
Quantúm antè it noctis tempora clara dies.
O par compoſitum benè, terq; quaterq; beatum!
Docto namq; viro nupta pudica datur,
Eventura precor vobis tot gaudia, cœlum
Quot ſtellas, liquidum quòd fouet æquor aquas.
Sit mens ſana, valens & utriq; in corpore ſano
Robur, ſit concors, & ſine lite torus.
Exulet à veſtris durum genus ædibus ægri
Luctus, cura, labor, languor, egena fames.
Vobis innumeram fæcunda cubilia prolem
Præſtenr, cella merum, plena culina cibum.
Gratus ager fruges det, paſcua læta, gregumq;
Saltus, fons undas, hortus aroma cibis.
Hæc ſociæ, hæcq; tibi ſimul unâ voce precamur
Sponſe: dabit clemens cetera dona Deus.

Gregorius Gutjahr SS. LL. S. & utraq; autoritate Notar publ amicitiæ atq; gratulationis ergò F.

TVne tribus ſervire potes, doctiſsime, diuis,
Iane, ô pectoribus multùm adamate meis:
Cùm tamẽ uni vix quiſquam perſoluere honores
Condignos poſsit, ſacraq́;, ferre, Deo?
Et tamen hîc (mirum) malè convenientia ſecum
Numina communi munere juſta tenent.
Quo colitur Phœbus cultu, Pallas quoq́; eodem,
His & iniqua Venus ſtat ratione pari.
Vera loquor; triplicis nam firmant præmia domi,
Numine quod triplici condecoratus habes.
Clara tibi à clario præbetur adorea Phœbo,
A doctâ doctæ Pallade mentis opes.
Invidet illa Venus: ſed dona, dat altera magni
Et pretij, ſumma datq́; petita prece.
Aevo formoſam, gratam virtuteq́; nupram
(Quæ mihi cata ſoror) donat habere tibi.
Gratulor id vobis, addens ſuffragia ceptis,
Quæ rata & his jubeo verſibus eſſe meis.
Vivite felices, concordi mente vigete,
Ac uno gemini corporis obſequio.
Sponſa, tui officioſa colas pia jura mariti,
Huic, tibi ſit, leges impoſuiſſe, nefas.
Vertice non prognata viri es: ſed coſta fuiſſe,
Subdita colla geras, ſubdita corda feras.
Te quoq́;, Sponſe, decet memori perpendere mente,
Hanc tibi ſubſidium non famulam eſſe datam.
Fœmina nulla viri pedibus primordia duxit,
Et tenet haud ſervæ, ſed ſociæ, illa vices.
Ferveat ambobus calor unus, & una voluntas,
Sitis ut æterni maxima cura Dei
Hæc moneo, precor atq́; tuis benè congrua tædis,
Congrua vota tibi, congrua vota tuæ.

*Caſpar Hannell LL. ſtudioſus.*

# PSALMVS CXXVIII.

Beati omnes qui timent Dominum.

*Felices aget ille dies qui pectore Numen*
*Suſpicit, & recto tramite carpit iter.*
*Ipſe tibi victum licita ratione parabis,*
*Et flabit velis aura ſecunda tuis.*
*Juncta thori in morem vitis latera omnia tecti*
*Stipat, & umbroſas ſpargit utrinq́ comas.*
*Cinget alumna cohors menſam ceu termes oliuæ*
*Virgultum attollit fronde virente ſuum.*
*Sic fauet his fortuna viris, hac ſorte fouentur,*
*Mente pia cultum qui tribuëre Deo.*
*Officia alma Deus feret in te ex arce Sionis,*
*Et cernes vitæ commoda multa tuæ.*
*Lætitia afficiet ſeries te blanda nepotum,*
*Sentiet & placidos Iſacis ora dies.*

Iſaac Gregorius.

Fa 1588,
8°
Ink.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495877-p0011-5




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495877-p0012-1

PTIAS VIR-

DOCTRINA OR-

VENIS DN. IOHAN-

RI SCHOLAE SERVE

i, V. Cl. Dn. M. Balthaſaris,

mnaſij profeſſoris,

F. Sponſi.

&

*SIMÆ, PVDICIS-*

*GINIS CHRISTINÆ,*

*ttorij Dn. Blaſij Hannels*

*F. Sponſæ.*

ota á ſanguine junctis

amicis.

*VESTÆ.*

onauentura Faber.

28